& appareat arida Subinfertur & sic est factum deinde non
dicitur & fecit d(eu)s sed tamen ita repetitur & congregata est aqua
in congregationes suas & cetera Quod aut(em) non singillatim ut
in ceteris & iam de humana creatura dixit & uidit d(eu)s
quia bonum est Sed post hominem factum datam
que illi potestatem uel domi nandi uel edendi subintulit de
omnibus & uidit d(eu)s omnia quae fecit & ecce bona ualde
Merito quaeri potest potuit enim primo reddi homini singilla
tim quod singillatim ceteris quae ante facta sunt redditum est
tum demum de omnibus dici quae fecit d(eu)s ecce bona
ualde an forte quia sexto die p(er)ficiuntur omnia
propter ea de omnibus dicendum fuit Uidit d(eu)s omnia
quae fecit & ecce bona ualde non singillatim de his que ipso die
facta sunt Cur ergo de pecoribus & bestiis & reptilibus terrae
dictum est quae ad eundem diem sextum p(er)tin(en)t nisi forte
illa & singillatim in suo genere & cum ceteris uniuersaliter
dici bona meruerunt & homo factus ad imaginem d(e)i
non nisi cum ceteris hoc dici meruerunt an quia per
fectus nondum erat quia nondum erat in paradiso con
stitutus quasi uero postea quam ibi constitutus est dictum
sit quod hic praetermissum est Quid ergo dicimus an quia
p(rae)sciebat d(eu)s hominem peccaturum nec in suae imaginis
perfectione mansurum non singillatim sed cum ceteris
cum dicere uoluit bonum uelut intimans quid esset
futurum quia cum ea quae facta sunt quantum ac
ceperunt manent sicut uel illa quae non peccauerunt
uel illa quae peccare non possunt & singula bona & uni
uersa omnia ualde bona sunt Non enim frustra est
& additum ualde quia & corporis membra sic & iam
singula pulchra sunt Multa sunt tamen uniuersi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc141/0082